



**Dispvtationvm De Censvris In Commvni,
Excommvnicatione, Svspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

4 De non reseruatis in Sexto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

incurritur hæc censura ex vi solius iuris: nam cum præcedere debat iudicis monitio canonica; semper fieri cum comminatione excommunicationis ipso facto incurriendæ, vel certe ita fieri deberet ad tollendum omne dubium.

SECTIO IV.

Quæ excommunicationes non reseruata latæ sint in sexto libro Decretalium.

Ex his excommunicationibus nonnullæ coincidunt cum contentis in Bulla Coenæ, vel cum aliis reseruatis quas solum indicabimus: aliæ non sunt admodum utiles ad vsum, quas breuiter transigimus: aliæ vero exactius declarabimus. Prima ergo sumitur ex c. Vbi periculum, §. Hoc facio, de Elect., in 6. vbi in verl. Nulli etiam fas sit, fertur excommunicatione ipso iure contra eos, qui ad aut secrete Cardinales in Conclave conclusos ad eligendum in Conclavi. Summum pontificem scripturam miserint, vel nuncum Cardi- cium, aut cum aliquo ipsorum secrete locuti fuerint. Quia nulli lex cum ipisis Cardinalibus non loquitur, vnde licet ea, expostis ipsi scripturam accipiant, vel nuncum audiant, cap. Vbi, de vel cum alio loquantur, illam censuram non incur- runt. Solum indiget declaratione illa particula, se- crete, an sit coniungendu cum omnibus illis tribus, scriptura, nuncio, & locutione, vel tantum cum ultima: muleum enim hoc refert. Nam si cum omnibus co- iungatur, erit magna moderatio huius legis; fice- niam publice mittere nuncium, vele epistolam, non e- rit sufficiens ratio incurrendi hanc censuram. Cum ergo contextus, & plana constructio verborum ad- mittat hunc sensum, & simus in materia penali, vi- detur amplectendus. Quod sentiunt Archidiaconus, Ioannes Andreas, & alii ibi, Angelus, Excommunicatio, 11. And. 110. 7. casu 13. Sylvestris, Excommunicatio, 9. censura 11. nu. 34. Nihilominus contraria sententia probanda videtur, quam tenent Caietanus, c. 55. & Nauarrus n. 111. Et pater ex contextu: nam primo absolute p- habet, Nulli fas sit ipsi Cardinalibus nuncium mittere, vel scripturam. Vbi manifeste vniuersalis est prohibitus fine restrictione ad publicum, vel secretam; & tamē hanc ipsius prohibitus statim corroboratur censura repetitis eisdem verbis, sine villa limitatione illis ad- ditis, sed addiutum tertium membrum de locutione, & ibi adiungitur aduerbiū secrete, quod ita inter- ponitur, vt manifeste sit solum coniungi, eū ver- bo loquendi, scilicet: Aut cum aliquo ipsorum secrete loquendo. Rechte tamē aduertit Caietanus verba illa, Nulli fas sit, intelligi de his, qui in Conclavi non ex- stant, de quibus in proximo præcedente vericulo dictu fuerat Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat. Itaque certum est licere Cardinalibus in Conclavi existentibus inter se secrete loqui, vel nuncium mit- tere, aliquem scilicet famulum, quem vnuquisque intus habet: & eadem ratione licere scripturam in- ter se dare, vel mittere, quantum est ex vi huius legis.

Secunda excommunicatione habetur in eodem c. Vbi periculum, §. Præterea, vbi excommunicatur Do- minii, aliis Rectoribus, & officiales illius ciuitatis, in toto eod. & Bigerius, hom.

Tertia excommunicatione habetur in cap. Sciant cuncti, de Elect., in 6. fertur que contra eos, qui grau- communica, reprobamus Clericos, vel qualibet personas Ecclesiasticas in contra- (ad quas in aliis Ecclesiis, Monasteriis, & pisis locis spe- ciatu- fiant electio) pro eo quod rogasti, seu alias inducti, cum, pro

A quo rogarunt, aut inducebantur, eligere noluerunt. Qua- ille autem debeat esse hoc grauamen, concluditur in illo verbo, aut alias iniuste persequentur: in particula- ri autem ponitur actio spoliandi eos, vel consanguineorum, aut Ecclesiis, Monasteriis, vel loca pia beneficis, aut aliis bonis suis, per se, vel per alios: quod intelligendum puto de iniusta spoliatione, vt

personæ Ec- cle- sias- ticas, eo quod non elegi- ent cum pro quo eligen- do sunt

rogati, ex- portantur.

illo ultimo verbo declaratur. Vnde qui sine iniustia spoliat aliquem bonis, aut beneficio, petens id ad quod habet ius, quāmuis id faciat provocatus, eo quid non fuerit ille electus, pro quo ipse rogarerit, & aliqui etiam non facturus: non incurrit, quia non infert iniustam vim, aut persecutioem. Item negare Monasterio elemosinas, quas aliquis face- re consueverat, vel negare amico specialia benefi- cia, non sufficit ad incurrandam hanc censuram, et iam si hoc titulus fiat: quia neque est acceptio bono- rum alterius, neque iniusta persecutio. Sicut è con- trario, si quis inferat iniuriam, vel persequatur hu- iusmodi electorem, alio titulo, & non propter elec- tionem, quam fecit, non incurrit hanc censuram: nam in textu expresse dicitur, pro eo quo, &c. Quæ o- mnia, & alia, quæ hic notari solent, in textu ipso cla- ra sunt.

Solum potest dubitari, an quod ibi dicitur de- lectione extendendum sit ad presentationem, in- institutionem, confirmationem, & postulationem. Respondeatur in primis, si presentatio ad laicum pertineat, non comprehendendi: quia textus loquitur, quando electores sunt Clerici, vel personæ Eccle- siasticas. Vnde etiam electiones, quæ à laicis sunt, ut in confraternitatibus, & aliis congregacionibus personarum, quæ nec Religiosæ sunt, nec Clerici per se, & ex vi talis status, non comprehenduntur sub hac censura, vt omnes aduertunt. At vero si presentatio ad Ecclesiasticam personam pertineat, quatenus talis est, & titulo Ecclesiastico. Nauarrus Præsentatio, confirmatione, & postula- tio, ubi elec- tio, non compre- hendendum tur.

num. 122. affirmat hic comprehendendi, cum Glossa, in eodem cap. Sciant, verbo Alios, quæ in hoc fundatur, quæ hæc lex simpliciter non est odiosa, sed fauorabilis, ut Ecclesiasticam libertatem defendat; & ideo re- stringenda non est, sed potius extendenda: cum ergo presentatio sit quidam modus electionis, merito ad illam hanc constitutio de electione extenditur. Quæ ratio etiam procedit de confirmatione, po- stulatione, &c. Et ita etiam sentiunt Sylvestris, & Angelus supra.

Tandem quoniam in eo textu explicatur, perse-

cutionem, seu spoliationem iniustum posse fieri circa consanguineos, dubitabit ibi Glossa, & Doctores, vs-

que ad quem gradum consanguinitatis intelligendu-

rum sit, & an possit extendi ad fines. Dico tamen, ex

vi illorum verborum non comprehendendi affines, vt

patet ex propria significacione illorum verborum;

cumque in iure non reputentur consanguinei, nisi

qui intra quartum gradum continentur, & ius in

hoc nihil amplius declarat: ex vi etiam talis vocis

solum videntur comprehendendi prædicti gradus: nec

potest cum fundamento fieri extensio usque ad se-

ptimum, potius quam usque ad octauum, vel deci-

num, quidquid alioqui dixerint. Quamquam autē

hōc verum sit ex vi illorum verborum, tamen ex vi

illius clausula generalis, seu alias iniuste persequendo,

fieri potest, vt, quamuis spoliatione, vel alia similius in-

juria sit circa affines, vel alios familiares, aut con-

iunctos, si sit in odiu alterius, moraliter censetur

iniustum grauamen eius, & iniusta persecutio: ideo-

quead incurrandam hanc censuram sufficiat;

quod quidem ex circumstantiis & pru-

dentiis arbitrio expenden-

dum est.

Excommunicatio contra occupantes iura, aut bona
ad Ecclesiast. vacantes pertinentia, ex-
ponitur.

Cap. Gene-
rali, de Elec-
tioni, in 6.

Q^{uarta} excommunicatio habetur in cap. *Gene-*
rali, eodem titulo de *Electione*, in 6. ferturque in
eos, qui in Ecclesiast. Monasteriis, aut priis locis tici-
lum defensionis, aut similem de nouo usurpare co-
nantes, iura ad talia loca pertinentia, aut eorum bona,
quando talia loca vacant, occupare presumunt.
In quo primum notandum est verbum, *Nove usur-
pando*. Duo enim requirit: primo, ut de nouo fiat: se-
condo, ut sine iusto titulo, aut legitima concessione.
Vnde qui id facit titulo antiquae præscriptionis, seu
cōficiūdinis, vel nouo titulo fundationis, aut
concessione legitima non comprehenditur hac lege
ut in fine eius explicatur, & *Glossa* aduertit. Deinde,
est considerandum, legem illam directe ferri con-
tra occupantes bona talium locorum eo tempore,
quo vacant; non tamen quomodo cuncte occupa-
tes, sed simul usurpare conantes iura aliqua ad tales
Ecclesiast. pertinentia, quæ ibi dicuntur *Regalia*, aut
Custodia, &c. Ideoque ad incurrandam hanc cen-
suram non sufficit alio modo occupari talia bona,
nisi fiat occupando, iura ipsa, & illo titulo: neque è
conuerso sufficit tale ius usurpare, nisi occupant
bona Ecclesiast. vacantes; nam utrumque ita coniū-
gitur in illo textu, ut simul requiratur. Quod no-
tant *Caietanus*, *Nauarrus*, & alij. Vnde cum censura
non contrahatur donec actus prohibitus consum-
metur, quamvis aliquis conetur usurpare ius an-
imo occupandi bona, si hoc perficere non potuit,
non incurrit censuram, donec cum effectu illa o-
cupet. E contrario vero, si de facto quis occupat bona
per huiusmodi actionem, conando usurpare ius
Ecclesiast. quamvis hoc non aequaliter, sed tantum
ad id conetur, videtur incurrire: quia lex illa, ut di-
xi, per se, accidet excommunicat occupantes bona,
& ex alia parte non requirit ut usurpent, sed
quod conentur ad usurpandum ius. Præterea oportet,
ut illa bonorum occupatio ex præsumptione
fiat, quod habet vim sepe explicatam. Estque ge-
neralis contra omnes committentes tale delictum,
de consulentibus vero, & finilibus nihil ibi di-
citur.

Additur vero specialis extensio contra Clericos,
Monachos, vel alias personas talium locorum re-
spectu, procurantes tale delictum fieri: meritoque
id si propter specialem infidelitatem talium perso-
narum. Non incurrit tamen hi procurantes hanc
censuram, nisi res, ad exitum perueniat, iuxta doctri-
nam in superioribus datam; quia talis actio solum
prohibetur propter aliam, & quasi via ad illam, &
ideo non videtur consummata, donec illa fiat. De-
rinque necessarium est, ut talis procuratio sit, ut ita
dicam, positiva per actionem aliquam: nam si solū
sit negligencia resistendi, etiam culpabilis, contra
sui officij debitum; illud non est procurare, sed in-
debite permettere: quæ culpa ibidem paulo inferius
alia poena punitur in Clericis: nam pro eo tempore
prohibet Papa, ne de prouentibus talium Ecclesiast.
aliquid percipiant. Per quæ verba, ut opinor,
non fertur suspicio ipso iure, neque ipsi Clerici te-
nentur in seipso talem exequi poenam; sed Prela-
tus, aut Iudex iuxta hanc legem debet eos punire.

Excommunicatio contra eos, qui dum electioni Mo-
nialium interfuerint, aliquid faciunt, vnde ori-
ri possit discordia inter eas super
electione.

Q^{uinta} excommunicatio habetur in cap. *Indemni-
tatis*, §. *Postremo*, de *Electione*, in 6. ferturque

A contra Prelatos, vel alios, qui vocantur, ut interfuerint
electionibus Monialium, si aliquid faciant, ex quo
possit oriri, vel nutrita discordia inter ipsas Monia-
les, super huiusmodi electionibus faciendis. Quæ
lex vniuersalis est quoad personas, in quas fertur
censura: nam verba sunt generalia sine limitatione.
Est autem ponderatum in eo texu non requiri,
quod talis persona interfuerit tanquam superior, vel
iurisdictiōnem habens, vel tanquam misera & supe-
riore: sed solum quod sit acerbita ad illud munus
dirigendi electionem per consilium, exhortatio-
nem, vel aliquid simile; & quod ipse eo nomine ac-
cedat, & interfuerit: nam verba textus in omni proprie-
tate hoc significant. Vnde si Religiosæ ipse aliquem

B vel Religiosum eiusdem ordinis, aut alterius, vel
Clericū secularium, aut etiam laicū, sive virum,
sive etiam fœminam vocarent, ut intercesserit sua
electioni, & sua prudentia, & iudicio illas dirigere,
in eo haberet locum hæc constitutio, & censura, ut
pater ex pleno contextu verborum. A fortiori au-
tem habebit locum in superiori, qui ex officio in-
tercessit, vel alio, qui vicem eius gerit: nam hi etiam
vere dicuntur euocari ad dirigendam tales electiones,
vel à Monialibus ipsis, vel certe ab ipso officio,
& regula, vel à Prelato superiori. At vero si quis in-
tercesserit non vocatus ad dirigendum, sed quia ipse
se immiscerit forte ad perturbandum, vel detide-
rium suum excludendum, non incurrit hanc cen-
suram, ut probe notatuit *Caietanus* cap. 80. quia licet *Caiet.*
forte delictum sit grauius: tamen non est illud spe-
ciale, quod hic punitur est, nimurum infideliter a-
gere, & quasi prævaricare in eo munere, ad quod a-
liquis vocatus est. Rursus etiam ipse, qui ad dirigendam
vocatus est, si ante electionem non perturbet,
aut discordias generet, vel nutritas, si post factam elec-
tionem aliquid horum committat, non incurrit:
nam textus solum loquitur de discordia super faci-
tudinē electionibus. Et in his conuenient *Glossa*, expo-
sitorum, & Summis omnes.

Addit vero Angelus verbo *Excommunicatio*, 7. ca-
fu 16. hanc constitutionem non procedere tantum
in Monialibus, quæ sunt vera Religiosæ; sed in his
etiam congregationibus fœminarum, quæ propriè
Religiosæ non sunt, tamen in communī viuent, &
D suæ selectiones faciunt. Et idem sequitur *Sylleptes*, *Ang.*
Excommunicatio, 9. num. 42. qui citat *Geminianum*, *Sylleptes*
dicisque colligi ex textu. Sed neque in textu ego vi-
deo fundamentum, quia nomine Monialium tam
in iure, quam in communī vnu solum intelligi so-
lent Religiosæ fœminæ: & iura, quæ de huiusmodi
electionibus loquuntur, de Religiosis, seu regulari-
bus sermonem faciunt, ut videre licet in *Concilium* *Agathenii*, cap. 19. & 57. & in *Tridentino*, sess. 25. cap. *Agathenii*.
7. de *Reformatione regularium*: quare non video *Concilium* *Agathenii*
cur in lege penali extensio illa admittenda sit. Quod
sensisse videntur *Caietanus*, & *Nauarrus* illam pre-
tereundo, de Religiosis tantum loquendo.

Sexta excommunicatio sumitur in c. vltimo de
officio *Delegati* in 6. vbi suspenduntur *Conferua-*
tores: qui de aliis, quam de manifestis iniuriis, &
violentis scienter se introiicent: pars vero, quæ
hoc procurauerit, excommunicatur, ita ut abfoli-
uenda non sit, donec alteri parti lœsa satisfaciat.
De quo canone, quia poena in eo principaliter late-
rit suspensio, infra ex professo dicemus disputationes
de suspensiōne. Hic solum aduerto huiusmodi pro-
curantes non incurrire, nisi effectus sequatur, pro-
pter rationem superius taftam. Non fertur autem
talis censura contra quoslibet procurantes, sed cō-
tra eum, qui est pars in tali iudicio, & hoc procreat:
expresse enim fertur cum tali limitatione. Rursus
necessaria est, ut talis *Conferuator* conmissionem
non habeat ad huiusmodi actus, etiam si talis con-
cessio data sit per clausulam generali, quæ exten-
di solet commissio ad cognoscendum de eo, quod
requiri-

requirit altiorem indaginem, vt notat Nauar. n. 125. quia cum haec procuratio non per se, sed propter vi-
tandum actum procuratum prohibeatur, tunc solu-
censi debet prohibita, quando actus procuratus
malus est, & prohibitus: ergo quando actus ipse co-
cessus est, procurare illum non est malum, neque est
materia censuræ.

*Excommunicatio contra extorquentes per vim
aut metum absolutionem à censura,
exponitur.*

Septima excommunicatio sumitur ex cap. vni-
cato de his, quæ vi, in 6. ferrurque in eos, qui per vim,
vel metum extorquent ab Ecclesiastico iudice ab-
solutionem à censura. Quem textum supra expo-
suum disput. 7. de Censuris in commun., se. 10. 3.
Contra quantum ad priorem partem eius. Nunc vero quan-
tum suff. cum ad hanc censuram aduertendum est primò, ne-
tia ad hanc censuram esse ad eam incurriendam, vt metus illa-
censuræ, ut sit talis, vt moraliter faciat actum ita in uolunta-
tum, vt ex eo capite nulla sit absolutione, ad quod nō
sufficit quilibet metus, sed ille solus, qui cadere pos-
test in constatim virum, ut iura loquuntur, & cito-
loco declaratum est. Contra ium autem videtur
Caietan. docere Caietanus cap. 41. dicens: Qualisunque sit
metus illatus, sufficere ad incurriendam hanc cen-
suram, quia haec lex nihil distinguit inter magnum, &
parvum. Quam sententiam ait Nauarrus cap. 27. nu-
mer. 125. esse tenendam in foro conscientiæ. Ego vero
censo non esse hic distingendum inter forum
externum, & conscientiam: quam si ex vi illius le-
gis in extremo foro non censem excommunicati-
bus, qui leuem metum intulit, neque in foro con-
scientiæ erit, cum talis excommunicatio ex sola effica-
cia, & proprietate illius legis inferatur. In vtroq; ergo
foro censo in eo casu non incurri. Quod tenet
ibi Glossa ultima communiter ab interpretibus ap-
probata. Et ratio est, quia si lex illa nō distinguat,
tamen ex subiecta materia constat loqui de metu
gravi. Prius enim irritat lex illa absolutions sic ex-
tortas: deinde vero subiungit. *Ne autem sine vindicta
violentem crebat audacia, eos qui huiusmodi absolutionem,*
& ergo talis censura cadit in eam extorsione ab-
solutionis, quæ illam reddit nullam ex vi illius capi-
tis: non reddit autem nullam, nisi vis aut metus gra-
vis, qui cadat in constantem virum: ergo.

Cætera vero, quæ Caietanus notat circa hanc
censuram, mihi probantur, & facili sunt ex verbis
textus, videlicet nihil referre, quod inferens vim:
vel metum, si ipse, qui absoluendus est, vel alius: v-
erisque enim æque incurrit: nam textus non distin-
guit de extorquenti sibi, vel alteri, sed absolute de
extorquenti. Sicut etiam in priori parte capituli nulla
sit absolutione, siue metus illatus sit ab eo, qui absolu-
tur, siue ab alio. Deinde non satis esse, quod metus
inferatur nisi absolutione cū effectu obtineatur, quia
textus non excommunicat inferentes metum ad
hunc finem, sed extorquentes absolutionem per me-
tum: hac autem extorsio non consummatur, donec
absolutio obtineatur. Denique nihil referre, quod
censura, cuius absolutione extorquetur, iuste, vel iniu-
stè latè sit, neque quod sit ab homine, vel à iure: quia
etiam in hoc lex illa nihil distinguit. Ego autem hoc
intelligo de censura iniulta, dummodo sit valida: nā
si fuisset nulla simpliciter, id est tam in re, quam in
exteriori foro, non credo incursum hanc excom-
municationem, qui reuocationem illius censuræ
per vim, vel metum extorqueret: nam cum illan
fuerit censura, cessat materia huius legis: neque illa,
quæ extorquetur, potest vere dici absolutio, vel re-
uocatio censuræ, sed potius declaratio nullitatis
eius: hic autem non excommunicatur, qui extor-
quet declarationem nullitatis: sed qui extorques

Fr. Suarez tom. 5.

Absolutionem, vel reuocationem censuræ veræ, ac
validæ.

*Excommunicatio contra eos qui per fraudem
faciunt ut iudex personaliter feminam
adeat eius testimonium interrogatur
et exponitur.*

Octa excommunicatio sumitur ex cap. 2. de
Iudicis in 6. vbi statuitur, ne feminæ cogantur
personaliter venire in iudicium ad ferendum testi-
monium: & prouidetur, vt per tabellionem, vel ali-
am personam ad eas transmissam peratur, aut si ca-
sus id postuleret, quod iudex ipse personaliter ad eas
accedat. Et additur: *Prouto quod casus huiusmodi (vi-
delicet ut iudex vadat personaliter) non singatur, nec fraus
interueniatur in hac parte: alioquin victor huiusmodi, vel
fraudator ipso facto sententiam excommunicationis incur-
rat.* Vbi est aduertendum, hanc excommunicatio-
nem non incurri, donec sit per fraudem obtentum,
vt iudex personaliter ad feminam accedat, eius te-
stimonium per se ipsum interrogatur: quia in eo
accessu consummatur actio hic punita, & prohibita,
quando per fraudem sit: & ita sentit Caietanus cap. 59.
quem sequitur Nauarrus. Postquam autem hic effe-
ctus consequtus est, ille tantum incurrit hanc cen-
suram, qui author fuit fraudis, & deceptionis. Vnde
si ipse iudex fuit deceptor, ipse incurrit: si vero fuit
alia persona, iudex non incurrit, etiam si ad femi-
nam personaliter accedat, etiam si id faciat sciens,
& permittens: vel, vt sic dicam, male vtris malitia
alterius ad suum fortasse prauum desiderium ex-
plendum. Quia hic non punitur qualibet malitia,
sed sola fictio, vel fraudator: tunc autem iudex non
est fictor vel fraudator, licet male faciat, dum se, &
aliam decipi, & fraudari finit. Quod significauit Na-
uarrus numero 125. in fine dicens: *Iudicem non
incurrit hanc censuram, si ipse non fngi fecit:
quam dicit esse communem sententiam in dicto
cap. 2.*

Dices: *Hoc ipso, quod iudex scit fictionem, vel
deceptionem alterius, & nihilominus sub illo colo-
re vult personaliter feminam adire, decipit illam,*

Dimpolit, ac fictor dici potest: ergo incurrit censu-
ram. Respondeo negando assumptum, si nihil
cooperatur ad deceptionem: sed solum illa supposita,
disimulata, proficiuntur, & personaliter adest
femina. Quare considerandum arte est, aq; sit
mortalis cooperatio, seu effectio fictionis: quia tunc
incurrit censura, & non alias. Vnde fit, vt ipsa met
femina, si fingat, & decipiatur, vt iudex ad eam per-
sonaliter veniat, & consequatur effectum, incurrit
hanc censuram: quia lex illa generaliter excom-
municat omnem deceptorem, seu fraudatorem sub
quisib; vocibus, quamvis masculini generis, certum
est iuxta iuris vim, etiam feminas comprehendendi.
Nec refert, quod talis lex instituta: quia lex simili-
citer loquitur, & sine restrictione: vnde non tam re-
spicit fauorem personæ, quam ipsius iudicis, vt re-
tineat, atque etiam honestè fiat.

Sed interrogari potest: *Quando unus est author,*
vel inuentor deceptionis, alias vero executor, quis
illorum incurrit hanc censuram? Respondeo, mea,
sententia vtrumque incurrit, quia vterque est de-
ceptor: vel si accommodare velimus terminos ipsi-
us textus, alter est fictor, scilicet inuentor mendaci-
tor, alter fraudator, scilicet executor. Quare, etiam si
plures ad executionem concurrant fingendo, vel
professando mandacia in ordine ad talem effec-
tum, illo consecuto omnes incurront. Altera inter-
rogatio est: *An haec lex intelligenda sit tatum de iu-
dicis, & iudicibus Ecclesiasticis?* Posset enim aliquis
hoc existimare: quia Ecclesiastici canones solu-
punt formam, & modum seruandum ab Eccle-
siasticis.

L1

fiasticis iudicibus. Sed dicendum est, legem esse universalem, & iudices seculares comprehendere. Quod colligo tum ex illis verbis textus, *Autoritate Sedis Apostolicae, aut alia quacumque: nam in rigore omnem iudicariam potestatem comprehendent: Tum etiam quia semper est sermo de iudicio, & iudice indefinito & absolute, neq; fit restricton ad Ecclesiasticum. Vnde Nauarrus dicit nihil referre, an iudex sit clericus, vallaicus. Denique in his, quae ad bonos mores pertinent, Ecclesia per suos canones potest modum ponere secularibus iudicibus.*

Excommunic. Contra laicos compellentes Prelatos Eccles. ut res Eccles. laicos submittant, & contra eos quae si habitas non dimiserint.

16.
Cap. 2. de
Reb. Eccles.
non alien.

Nona excommunicatio sumitur ex cap. 2. de Reb. Eccles. non alien. in 6. vbi proibent Prælati Ecclesiastici ne immobilia bona vel iura sularum Ecclesiarum sine consensu Capitali, & licentia Sedis Apostolicae subiiciant laicos: & in clericos vel prælatos contrarium facientes suspensionem fert ipso iure: quam infra suo loco explicatur sumus cum ipso textu, quia hæc est pœna ibi principaliter lata. Adiungitur vero duplex excommunicatio. Prima est contra laicos, qui compellunt clericos ad huiusmodi contractus faciendo, & qui ante illam legem similem vim fecerant, nisi post competentem nominationem (remissa submissione) Ecclesiastica bona sua libertate dimisstant. Ut autem hic casus intelligatur, adiutorio submittere Ecclesias, aut earum bona, vel iura laicos personis variis modis fieri posse ut ex illo textu sumitur, scilicet, constituendo illos patronos, vel aduocatos Ecclesiarum, vel recognoscendo eos ut patronos, ac si talia bona, vel iura aibillis haberent. Clerici ergo, seu Prælati Ecclesiarum prohibentur hanc submissionem facere (nisi modo, & in casibus a iure permisso) in perpetuum, aut ad tempus non modicum: quod iuxta Glossam ibi, Sylvestrum, Antonium, Nauarrum, & omnes debet esse tempus decennorum. Quia ergo nobiles laici interdum opprimebant Ecclesias ut eis submittentur a Prælati, ideo in eo censura fertur contra eos, qui huiusmodi vim vel antea Ecclesijs fecerant, vel postea fecerint.

17.
Quamoni-
tore requira-
tur inz.ca-
su excom.
Glossa.
Sylvest.
Nauarr.

Vbi solum est notanda differentia quoad incur- rendam illam excommunicationem prout fertur propter actum futurum, non requiritur alia monitio præter eam, quæ per hanc legem: prout vero fertur propter actum præteritum, requirit noua monitionem ab homine factam: & alioquin non censemur quis esse concursum. Et probabile existimo talem monitionem debere esse trinam, prout sentit Glossa ibi Sylvest. Excommunicatio, 9. cap. 19. Quamuis Nauarr. cap. 27. numer. 126. dicat sufficere vnam tam in hoc caſu, quam in omnibus, in quibus iura requirunt monitionem ad incurriendam censuram per ipsum inslatam, & afferat probabiles coniecturas: sed non video rationem cogentem: Vnde cum contraria sententia favorabilior sit, & graues autoreshabent, & rationem fortasse probabiliorem, sa- tis tuta est in conscientia: maxime cum in hoc loco textus requirat competentem monitionem: com- petens enim monitio in iure intelligitur trina.

18.
Secunda excommunicatio est, quando hi contractus licet sunt cum consensu & licentia requisiti, si laici aliqui usurpant, præter id quod ex natura vel conditione talis contractus eis debetur: na- si legitime admoniti illud non restituant, excom- municationem incurront: quod eodem modo in- telligendum est. Denique declarat Nauarrus hanc

A submissionem esse illam quam Hispani, Commen- tam, appellant; & sub aliis pœnis prohibetur in legi- bus illius regni lib. 1. Ordin. tit. 3. lib. 1.

Decima excommunic. contrareligiosos quarundam religionum exercentes aliquas actiones in cap. viii. de Religios. dom. in 6. prohibitas.

Decima excommunicatio sumitur ex cap. viii. de Religios. domibus in 6. fer- turque contra religiosos, qui paupertatem in com- muni profertur secundum regulam suam, quoru religio post Concil. Lateranense sub Innocentio III. celebratum, id est, post annum 1215. confirmata est: quam censuram huius religiosi in tribus casibus incurrunt. Primus est, si aliquem ad suam professionem de novo admittant: secundus si nouam domum vel locum acquirant: tertius si iam habita alienent sine Sedis Apostolicae licentia. Quæ limitatio ad omnes tres casus refertur, ut per se notum est. Hæc vero excommunicatio iam parum est utilis: nam ibidem in §. sequente excipiuntur ab hac prohibitione quatuor ordines Mendicantes antiquiores proper eorum approbationem, & evidentem utilitatem. Vnde similiter excipitur quilibet alia religio posse similiter approbata: vt ex bullis & priuilegiis singularium religionum intelligentum est. Quocurca illæ religiones, de quibus textus hic loquitur, vel iam non existant, vel rarissimæ sunt: & ideo non est quod in hac excommunicatione amplius declarandum immoremur. De alia vero simili quæ haberunt in Clem. vlt. de pœnis dicam in seq. sequente.

Addunt vero Angelus, Excommunicatio. 7. caſu 22. & Sylvest. Excommunicatio. 8. numer. 45. excommuni- catione 20. & Nauarr. cap. 27. numer. 127. in hoc hæc excom. eod. textu communicari eos, qui institutum non ad infra ordinem religionis, aut accipiunt nouum habitum illius. Sed ego inuenio hanc excommunicationem in illo caſu illa prohibito habetur in prima parte illius cap. vbi est sermo de religionibus non confirmatis: & ibi nulla adiungitur excommun. Potest vero in §. 1. additur prohibito illorum trium caſu quos retulimus, qui pertinent ad religiones confirmatas, ut patet ex principio §. Confirmatus autem, &c. Excommunicatio autem, quæ ibi subiungitur, evidenter refertur solum ad caſus in eodem §. prohibitos, non vero ad superiorem prohibitionem. Quod patet, tum quia sunt capitula, & leges diuersitatum etiam ex contextu ipsorum verborum: non post illos tres caſus additur. Sive secus presumptum fuerit, ne personarum receptione, nec domorum, vel locorum acquisitione, aut iporum, ceterorumque honorum alienatio valeat: & nihilominus contrarium facientes sententiam excommunicationis incurvant. Ex quo textu manifeste constat illa verba, si vero secus presumptum sit, solum ad tres caſus proxime precedentes referri. Cum ergo posteriora verba. Et nihilominus contrarium facientes, ad eandem materiam referantur, manifestum videtur hanc excommunicationem extendi ad religiones nullo modo à Sede Apostolica approbatas. Vnde Caietanus hanc excommunicationem non admisit, quia in eo caſu non incurritur ex vi huius iuris, vel alterius, quod in iure communis habetur. At Sylvest. refert Ioann. 12. in quadam Extrauag. quæ incipit *Santa mater Ecclesia*, quam dicit referre Panoimitanum, huiusmodi excommunicationem, tulisse. Tamen ex Extrauagante Ioann. 22. dicit Religiosi domibus, hæc excommunicatione non colliguntur, ut notauit Caietanus verbo excommunicatio cap. 5. nec aliam de hac materia 2. illo habemus, etiam in Bullario Romano. Panoimitanus vero ex Ioanne

Ioanne 23. illam extrauagantem refert; que videatur, ait, ipso facto excommunicare iſtos, qui adiuueniunt nouam religionem, &c. Vbi aduerto Panormitanum non inueniſſe hanc excommunicationem in iure communi, & ideo ex illo non attulisse illam: sed potius dicendo, Hodie eſt quodam Extrauagans, &c. significante illam non fuisse huiusmodi excommunicationem ipso iure latam. Deinde expedit non omnino aſſerendo, sed subdubitate dicere, Que videtur ipso facto, &c. Sed neque illa extat, vnde, neque de illa nobis conſtat multo que minus de censu illius: propter quod censio illam non obligare, neque ex vi illius talem excommunicationem incurri.

Excommunicatione contra impontentes tributa personis Ecclesiasticis, exponitur.

VNdecima excommunicatione ſumitur ex c. Quanquam, de censibus in ſexto. Et fertur contra eos qui imponunt, vel exigunt ab Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis, pedagia, quidagia, & ſimilia tributa, per ſe, vel per alium, ſuo, vel alieno nomine pro personis ipſis, aut rebus ſuis propriis, quas non defuerit, vel transmittunt causa negotiationis. Vbi recte adiutor hoc uertit Caeteranus cap. 39. haec prohiberi ſub hac censu regiſtura ſunt onera, & tributa, non vero ſi ſunt ſipendium iuſtum pro aliquo negotio: nam pedagium v.g. eſt tributum quod exigunt ſolum ratione tranſitus: ſi tamen per flumen tranſendum in nauicula exigere aliquid pro illo tranſitu, non eſt contra hanc legem. Similiter quidagium dicitur, quod ſoluit pro ducatu, ſeu oſtenſione itineris, quod tunc eſt tributum; quando homo non vult ducentem vias, neque illum accipit, & ſolueret cogitur: ſi autem clericis huiusmodi ducentem conduceat, ille iuste exiget ſipendium, quia illud non eſt tributum, Rufus aduertit Caeteranus, omnia illa tria verba, exigere, exigerque, compellere, significare coactionem aliquam: tamen non eſt hic neceſſariam maiorem coactionem, quam illam, quae communiter fit per tendo hanc etiā debita, & impediendo tranſitum personarum, aut rerum dorie excolutatur: nam ex illis tribus verbis ſub diſiunctione poſitis ſatis tolligunt quodlibet illorum ſufficere, ergo exigere ſatis eſt, ergo a fortiori reliqua, quia plus adduunt. Tandem aduertendum eſt, hic non ſolū prohibe ri exiger hac tributa a personis Ecclesiasticis ratione, ne prouentum Ecclesiasticorum, ſed etiā ratione propriorum honorum, quae ſecum deferunt, vel transmittunt, quo cunque titulo illa poſſe dant. Solum que fit exceptio, quando talia bona deſeruntur aut tranſmittuntur ad exercendam mercaturam: que tunc exerceri dicitur, quando res emitur in uno loco vt in alium deferatur, vt ibi cum aliquo lucro vendatur. Vnde ſi clericis tranſmittat fructus vel ſui beneficij, vel ſui patrimonij, vt alibi eos vendat, non poſſunt exigiri ab eo veſtigalia, ſeu pedagia. Idemque erit, ſi ea, quae emittat vtius ſuos bona fide, & ſine animo negotiandi, poſteā tranſmittat, vt vēdantur, quia iam illis non indiget, ut ſpecialius attigit Nauarrus n. 128.

Hic vero inquiri potest an haec censura, licet non fit reſeruata in hoc cap. censenda fit reſeruata in Bulla Coenæ. Nam Syluester verb. Excommunicatione 9. in Bulla Coe. 11. 29. excomm. 21. aſſiſmat. Duæ autem ſunt clauſula in Bulla, in quib[us] videtur potest facta haec reſeruatio, & vtramq[ue] indicat Syluestri. Prior eſt quinta in ordine ſupra nobis poſta, vbi excommunicatione cur qui augent, vel imponunt noua pedagia, cum ad id potestatem non habeant, vel ſic imposta exigunt: & per hanc non fit proprietas reſeruatio, nam haec leges censuras ferunt propter cauſas Valde diuerſas, nam in Bulla Coenæ excommunicatione qui exigunt veſtigalia ibi prohibita, id eſt ſine potestate, & contra

Fr. Suarez tom. 5.

A eandem clauſulam imposta, ut ibi cum Caeterano, Nauarr. & aliis declarauimus, quod non eſt factum in fauorem clericorum, ſed omnium fidelium. At vero haec lex eſt ſpecialis in fauorem clericorum, & prohibet exigere ab eis veſtigalia, quæ alioqui iuſte impoſita ſunt pro personis non priuilegiatis. Vnde qui haec exigit a clericis, licet in clauſula in qua ſumma tractamus, non tam in Bullam Coenæ: commun. h.u. & ideo talis excommunicatione reſeruata non eſt. At vero exigens a clericis veſtigalia per ſe prohibita contraheret excommunicationem reſeruata in Bulla Coenæ, quam etiā contraheret ſi exigere a laico. Dubitari vero potest, an tunc contrahat etiā excommunicationem huius cap. Quanquam. Videatur enim non incurrere, quia illa re vera non ſunt veſtigalia, cum legitima potere non ſint impoſita. In conſtrariū vero eſt, quia, ſi haec lex prohibet exigere a clericis veſtigalia etiā iuſta ſpecialia, multo magis iniqua. Et ita quidem dicendum videtur, quod licet non eſet in Bulla Coenæ illa clauſula poſta, & excommunicatione latam, incurreret ex vi huius cap. Nunc vero ad rem mortalem parum refert, quod ex vi vtriusq[ue] legis talis censura incurrit, quia in re vnuſ eſt titulus, ſeu vna cauſa quæ explicata omnino tolletur per abſolutionem illa excommunicatione quatenus ab utraque lege dimanat, & in eo tantum cauſa erit illa excommunicatione reſeruata.

Altera clauſula Bullæ, per quam videtur potest facta haec reſeruatio, eſt iſo anobis poſta, in qua excommunicantur, qui huiusmodi collectas, ſeu onea Ecclesiasticis personis imponunt, aut ab eis accipiunt. Et de hac clauſula hoc etiam negat Nauarr. quia in ea ſolum prohibent onera & exactiones, quae petuntur ratione prouentu Ecclesiasticorum. Ve-

riuntamē in illa clauſula diſtinguuntur onera, quae personis, vel bonis Ecclesiasticis imponuntur: & licet quod ea, quae in bonis imponuntur, expreſſe fit ſermo de bonis ſeu redditibus Ecclesiasticis: tamen quod ea, quae imponuntur personis, non fit limitatio ad exactionem, vel onus, quod imponuntur ratione botiorum Ecclesiasticorum, ſed absolute de oneribus talibus personis impositis: pedagium autem quod ratione ſui ipſius a persona Ecclesiastica exigunt, proprieſime comprehenditur ſub illa generali clauſula. Vnde quo dicitur, haec partem certa mihi videtur ſententia Syluestri. Sicut etiam erit certa si exigatur portoriū de bonis aut fructibus Ecclesiasticis. Quando vero exiguntur de aliis bonis propriis Ecclesiasticæ personæ, res eſt magis dubia propter rationem Nauarii. Nihilominus tamen etiā in hoc mihi magis placet ſententia Syluestri: nam, licet illa exactione immediatè fiat propter bona: tamē indirecte, & mediata eſt potius onus personæ, quam bonorum. Onera enim in bonis poſta ſunt illa, quae per ſe debentur ratione fructuum, vt in eadem clauſula Bullæ videtur ſatis expoſti, a quibus oneribus non ſunt exempta omnia bona Ecclesiastica personarum ſi ipsa bona Ecclesiastica non ſunt, nec fructus eorum, ut ibidem expoſtiſimus: hoc vero onus, quod exigitur pro ſola transmissione, aut ventione rerum propriarum, magis videtur redundantare in personam: ſicut exigere alia tributa quae pro rebus emptis imponuntur, vt illud, quod vulgo dicitur, ſiſta, & ſimilia, censentur onera personalia, ideoque in illa clauſula prohibita ſub censura reſeruata: id eſt ergo in praienti dicendum censio.

Duodecima excommunicatione ſumitur ex c. Quod niam de immunitate Ecclesiæ in 6. illa vero incluſa eſt in 13. & 14. clauſula Bullæ Coenæ, quae eſt contra impeditores iurisdictionem Ecclesiasticam, vel Ecclesiasticos iudices illa vitentes, & ideo in ea morari non eſt necelio.

Decimatercera ſumitur ex cap. vltimo de immunitate Ecclesiæ, ferturque contra temporales Ca. v. de

L. 2. dominos,

24. Ca. Quod niam de immunitate Ecclesiæ explicatio etiā relata quinque in Bulla Coenæ

25. Ca. v. de

Im. eccl. dominos, qui præcipiunt suis subditis, ne officiis seu
est expisa obsequia communia Republica personis ecclesiasticis exhibeant, scilicet ne coquunt panem, &c.

excom. Bula Quem textum supra explicauimus circa Bullam Cœnæ in clausula 15. in fine: nam hæc censura ex parte

etiam lata est in illa clausula, & Papæ reseruata. Dico autem, ex parte namibi solum excommunicantur facientes vel servantes statuta Ecclesiastica libertati contraria: ostendimus autem ibi huiusmodi fore statutum, quo hæc obsequia prohiberentur. Et ita explicuimus verbum, præsumendum in hoc textu possumus.

Potest cetero. & ex vi Bullæ Cœnæ excommunicatus est: huiusca: non reseruationem autem haberet ex vi Bullæ tantum, inciendio in. At vero cap. hoc non loquitur solum de statuto, sed censuram. Absolute de precepto: & ideo quia iabsque legelata Cœnæ. hæc præcipere quocunque modo imperando, censuram huius cap. contraheret; non tamen Bullæ, nec reseruationem, ut per se constat.

Excommunicatio contra religiosos habitum sui relictionis dimittentes, aut ad studia sine Prælati licentia accedentes exponitur.

26. **D**ecimaquarta sumitur ex ca. 2. Ne clerici, vel monachi, in 6. Quæ fertur contra religiosos propter alterutram ex duabus causis: & extenditur deinde ad quosdam alios. Prohibentur ergo in primis religiosi professione in scholis, vel alibi habitu sua religionis dimittant. Secundo prohibentur ne ad

qualsibet studia literarum accedant sine licentia sui exhortationis. Prælati cum consilio sui conuictus, vel maioris partis eius. Et subiungitur, Si quis autem horum violator temerarius exiterit excommunicationem incurrit ipso facto. Circa quæ verba prima aduerendum est, illam particulam, horum violator, non esse intelligendam collectiæ, sed distributiæ: alias qui temerari habitu dimitteret, & ad studium absque licentia non ire, hanc censuram non incurriter: quod est contra omnes Doctores, & contra textus intentionem: ergo similiter è contrario, si religiosus sine legitima facultate, iuxta hunc textum requisita ad studium eat, quāmvis habitum nondimitat, hanc censuram incurrit.

27. **A**d censuram. Circa priorem partem aduerendum est, aliud est: dimittere habitum: aliud se habitu spoliare: nam spoliatio sole religiosus exuat le vestimentis vel dormiat, & p. p. non dicitur dimittere habitum suum. Unde, licet fortasse in eo peccet vel contra suam specialiæ regulam, vel contra debitam decentiam & modestiam, vel quia præbat aliquod scandalum, vel ex intentione mala etiam mortaliter, ut si faciat ad liberioris, vel voluptuosius peccandum, non incurret hanc censuram, quia tunc non dimittit habitum secundum communem & moralem modum loquendi, ut aduertunt Syluest. Excommunicatio. 9. censura 24. n. 51. & 52. & Nauarr. n. 131. sumitur Palud. in 4. d. 18. q. 3. casu 12 n. 41. quamvis Antonin & Armil. oppositum sentiant sine sufficiens fundamento, quia lex penalism non est extendenda extra proprietatem verborum, ut communis viu accipiuntur. Et eadem ratione non censetur dimittere habitum qui superiores velles deponit ad breue tempus ut facilius ludere possit. Propria ergo dimissio habitus est, dimisso habendo mutatio in alium habitum ad se occultibus: que cum, vel incedendum hoc modo. Temeraria audiatur tem dimissio dicitur quotiescumque sine rationabili causa. D. Thomas sa, & cum contempnatur regulæ, seu legis, iuxta doctrinam D. Thomas ibi à Cætetano ponderatam 2. 2. q. 53. art. 3. ad. 3. Vnde si dimissio habitus fiat ex causa rationabili, qualis erit defensio propriæ vitæ, vel famæ, aut proximi, aut vitare scandalum graue & similes, tunc non potest dici temeraria, quia prudenter sit.

Temeraria dimissio haec quando sit mutatio in alium habitum ad se occultibus: que cum, vel incedendum hoc modo. Temeraria audiatur tem dimissio dicitur quotiescumque sine rationabili causa. D. Thomas sa, & cum contempnatur regulæ, seu legis, iuxta doctrinam D. Thomas ibi à Cætetano ponderatam 2. 2. q. 53. art. 3. ad. 3. Vnde si dimissio habitus fiat ex causa rationabili, qualis erit defensio propriæ vitæ, vel famæ, aut proximi, aut vitare scandalum graue & similes, tunc non potest dici temeraria, quia prudenter sit.

Item, licet causa non sit rationabilis, tamē sit dimissio ex contemptu. sed ex ignorantia culpabilis, vel passione, vel levitate animi cui aliquia apparenti cœlum, nō dicitur etiam temeraria dimissio, qui terminus his in eodem textu repetitur, & ideo cum omni proprietate verificandum est.

Ex his ergo colliguntur tres regulæ generales. Prima est: Quoties depositio, vel spoliatio habitus fit, ab aliis dimissione illius, non incurrit hæc censura. Patet, quia textus loquitur de dimissione: & ex. in illis, emplois iani hoc satis declaratum est. Vnde quando non totus habitus, sed aliqua pars eius dimittitur, ea quæ retinet, est proprius habitus religiosi, quo satis cognosci possit, etiam non incurrit. Imo etiam si religiosus partem alterius habitus, seu communem vestem accipiat, si tamen eam partem religiosi habitus quam habet, non occulter, & per eam satis cognosci possit ut religiosus, id non satis erit ad incurrandam censuram hanc. Probatur, quia tota illa non est dimissio simpliciter, sed solum ex parte, & secundum quid. Et præterea ex illa non sequitur incommode, quod illa lex vitare intendit, videat ne detur religiosis vagabondi licentia: ergo illa actione neq; est contra verba, neque contra finem huius prohibitions. At vero si quis dimitteret partem habitus, v.g. superiorum, & aliam loco illius acciperet quæ occulare ad liberius vagandum, seu sine causa rationabilis, iam tunc ille incurrit censuram, quia illa est dimissio habitus in textu prohibita. Nalicit demus aliquam partem habitus, vel signum religiosi subr. reteniri, nihilominus absoluere & simpliciter hic & nunc in exteriori specie seu forma, in quæ potissimum habitus consideratur, illenon gelat habitum religiosum, & ideo vere ac propriè dicitur dimissire illum. Idemq; dicendum censeo, etiam dimissio habitus in una parte habitus nullum alium induat, si in ea quam retinet, nullum signum religiosi manet, & id faciat in cendendum illo modo, & se occultandum: nam licet non omnis spoliatio habitus sit dimissio, tamen aliqua quæ sit tali modo, & contraria nō talis legis, propriissime dicitur, & est habitus dimissio.

Seconda regula est: Quoties dimissio habitus fit, ex rationabili causa, vera, vel apparente, propter illam non incurri hanc excommunicationem. Patet magis in primis si dimissio ex honesta causa fiat, nam illa excusat à culpa, ergo à censura. Vnde in eo casu præcipue loquuntur & expressius dicti autores. Addo vero, etiam si non omnino excusat à culpa, propter ignorantiam culpabilem, vel propter quendam minimum timorem ad tuendam vitam, vel alienam, vbi in re ipsa necessarium non esset, excusat ab hac censura, quia, licet ille tunc male dimittat habitum, non tamen temere, sed, ut ita dicam timide, vel ignoranter: ergo ille tunc non potest dici temerarius transgressor, ut illa lex loquitur: qui loquendi modus non minorem energiam habet, quam verbum prætulpsit, quod, dum in his legibus ponitur, excusat operantes ex metu, vel ignoranter etiam culpabili, ut saepe notauimus cum communis sententia. Hinc probabile etiam est, quod Antoninus docet, par. 2. 2. c. 53. & Sylvest. verb. *Habitus*, q. 2. si religiosus dimittit habitum ad breue tempus, & alium induat, propter ludicram aliquam actionem occasionem aliquis felicitate inter ipsos religiosos efficiendam titulo cuiusdam honesta lætitia, non incurrit in hanc censuram, quia illa re vera non potest dici temeraria dimissio. Et ad hunc modum de aliis catus particularibus iudicandum est.

Tertia regula est: Quotiescumque dimissio habitus sit sine causa rationabili, vel saltem apparente necessitate, est sufficiens causa huius censuræ. Probat, quia est temeraria dimissio, quia & est sine ratione, & cum contempnatur sufficiens, id est, cum voluntate dimittiendi, non obstante prohibitione, nec

Decem maior contemptus necessarius est. Vnde regula procedit, etiam si dimissio solum ad tempus sit, quia textus simpliciter loquitur, & non tantum de dimissione in perpetuum. Pater etiam ex ratione illius legis, quae non sicut solum vitare propriam apostoliam, quae maximè sit per dimissione in perpetuum habitus, sed ad impedientiam vagandi libertatem, ad quā ordinariè sit temporalis dimissio habitus: Hanc ergo etiam cohibuit hæc lex per hanc censuram. Vnde amplius extenditur etiam ad tempus breve: quia etiam in hoc lex nihil distinguit, & non fert censuram propter durationem in carentia habitus dimisi, vel vñ alterius, sed propter temerariam dimissionem, quæ in puncto (vt sit dicam) consummatur, & tunc incurrit censura, sive breuius, sive diutius postea duret. Tamen aduertere oportet multum ad hoc referre posse intentionem dimittentis: nam, si à principio dimisit intentione diutius vagandi vel permanendi illo modo, licet paucum post mutata intentione ad suum habitum reuertatur, non excusat censuram. Idemque censio si à principio nihil cogitauit de breuitate, aut longitudine temporis, sed simpliciter voluit dimittere ad suum placitum, vel quantum necesse esset ad prauam actionem, quam int̄debat, utrāq; enim dimissio eligrauis, & directè contraria legi: vnde à principio etiam sicut sufficiens ad contrahendam censuram.

At vero, si à principio quis intendit dimittere ad breuissimum tempus, vt. v.g. per horam, vt liber, & occulus incedat, vel cuiusdam levitatis, vel recreationis causa, vel etiam vt eat ad cōmittendum aliquid peccatum mortale, tunc videri potest illa dimissio leuis in suo ordine, quidquid sit de alia malitia extrinseca alterius speciei, quia in ratione dimissionis videtur habere materiam leuem. Nihilominus tamen etiam in hoc casu probabilior sententia est non vitari censuram, sed in ipso puncto dimissionis contrahi, quia grauitas huius delicti non est pēnanda ex duratione temporis, etiam in re praeconcepta; & voluntate intentata: nam, licet hoc multū augear: tamē ipsa dimissio habitus per se est res grauis, & sufficiens ad peccatum mortale, quod peccatum est huius contrarium, & materia huius censuræ: ergo sufficiens causa illius: quod planè sentiunt Syluester, Nauarrus, & alii supra citari. Quod sinterdum (vt suprā retuli) aiunt dimissionem hæc ad breue spatium non esse sufficiens in causam censuræ intelligent quando vel non est temeraria dimissio, sed ex aliqua apparenti causa, vel non est dimissio, sed tamē spoliatio habiens, vt in principio distinx, & s̄pē pender ex prudenti arbitrio, vt Syluester, & Nauarr. indicant.

Amplificatur præterea hæc regula, vt procedat etiam si quis habitu sua religionis dimittat, vt immedietè induat habitum alterius, quia in textu expresso dicitur: *Ne quia temere habitum sua religionis dimittat: non enim dicit, religionis, absolute, vt inde excusari possit, qui, retento habitu religioso, suū mutat: sed dicit sua, quod aperte etiam in illo c. suū committitur: & ita hæc est communis sententia, vt Nauarr. suprā refert. Aliqui vero eam limitat, nisi assumat habitum alterius religionis, vt in ea perpetuo maneat. Quod sentit Angel. Excommunicatio. 7. casu 27. qui generalius etiam loqui videretur non solum de ingrediente, sed etiam de induente quomodolibet habitum alterius religionis. Et ratio etiam eius hoc tēdit, scilicet, quia vna est religio, generaliter assumpta per tria vota. Quæ ratio fruola est, cum non tollat distinctionem religionum, quam aperte observauit textus in illa particula sua. Proprius ergo adhibet illam limitationem Caiet. c. 61. & reddit rationem, quia illa non est temeraria dimissio habitus sua religionis, quia cum aliam ingrediatur, iam pror non est sua. Quod recte procederet, si transitus ad*

Fr. Suarez tom. 5.

aliam religionem esset rationabilis, vel saltē si supponeretur esse validus, quia tunc non est vere dimissio temeraria. At vero, si transitus sit irrationabilis, & contra ius, Caïetanus supponit, non video quomodo ille possit excusari à temeraria dimissione, cum grauius ille peccet dimittendo habitum suæ religionis, & ingrediendo aliam. Item illa religio, quam dimisit, revera erat sua eo tempore quo illam dimisit, & tunc irrationabiliter dimisit, ergo temeraria. Addo etiam postea manere suam iure & obligatio, etiam in intentione, & voluntate non maneat, impertinens est.

Præterea amplificari soler hæc regula, vt procedat non solum in propria, & physica, vt sic dicam, ^{Anocculta-} dimissione habitus, sed etiam in occultatione, quæ ^{tio habitus} moraliter reputatur quādam dimissio, quia per ^{sufficiat ad} hanc c. n. ^{Opinio sufficiat ad} occultationem sit, vt talis persona in exteriori habitu ^{Opinio sufficiat ad} suram religiosa non appareat: quod est moraliter (vt sic dicam) exire habitum religionis. Quod etiam colligitur ex fine illius legis, scilicet tollere vagandi licentiam, nam hæc etiam ex tali occultatione & quæ sumi potest. Atque ita sentiunt Nauarrus dict. n. 131. ^{Nauarr.} cum Glossa in Clement. 2. verb. *Extrinsecus* de Vita & honestat. clericorum, & idem tenet Syluester, Caïetan. & alii. Hæc tamen sententia difficultate nō caret: quia lex penaliam amplianda non est ultra verborum proprietatem: hæc autem lex, quæ penalis est: non loquitur de occultatione, sed de dimissione: occultatio autem in rigore & proprietate non est dimissio: & illa consideratur moraliter amplificatio quædam, quæ in materia odiosâ parum valet, neque etiā similiudo a paritate rationis. Propter quæ tenet hanc sententiam Panorm. in ca. *Deu. qui de vit.* ^{Panorm.} & honest. cler. n. 4. Vbi plus infra eam extendere videtur, sentit enim, quod licet exterior habitus religiosus tollatur, si interior reineatur, & per alium occultetur, non incurrit censura, propter rationem supra tactam, quia illa non est dimissio simpliciter: cuius contrarium nos supra in eo casu diximus, & huic rationi satisficimus.

At vero quando ex habitu religioso nihil dimittitur, sed alius superinduitur, qui personam seu religionem eius occultat, mibi videatur vera Panormitani sententia, quia ratio facta est efficax: neque in hac lege est sub censura prohibita omnis occasio vagandi, sed solum illa, quæ est per habitus dimissionem. Item, quia, si religiosus alius modis occulteret, v.g. intra currū, vel in tenebris, aut facie coperta, non propter ea contrahet hanc censurā. Quod h. Caïetan. Nauarr. & alii attente legantur, in re non dissentiunt: aiunt enim: Si quis non ita occulteret habitum religiosus, quin ab illis, cum quibus familiariter versatur, dignosci possit, etiam si ita occulteret, vt respectu aliorum lateat, non incurrit hanc censuram. At vero, si ex habitu nihil dimittit, non potest moraliter non cognosci ab his, cum quibus familiariter conuertatur: ergo iuxta illam doctrinam in eo casu non incurrit censura. Si ergo occultatio etiam respectu familiariter conuersantium est sufficiens causa huius censuræ, ideo est, quia non sit sine aliqua dimissione habitus, saltem quoad aliquam partem notabilem: tunc enim iam verba legis in proprietate verificantur, vt supra declaratum est. Circa hanc vero partem videndum est nonum ius Concilii Trident. less 5. capit. 19. de reform. regular. quod nunc non expono, quia in eo nulla excommunicatione fertur.

Circa alteram partem de accessu ad studium sine licentia legitima, existimo sermonem esse, quando eundem est ad habitandum extra claustrum proper studium: nam ad ordinarium modum eundi ad scholas habitando in proprio contentu non est nec essentiarium, vt licentia detur à Prælato cum concilio maioris partis capituli: ita Caïetanus dict. ca. 61. ^{Qui accessus ad studium sit prohibitus per hanc legem. Caiet.} Hinc recte colligens, quandoreligiosus mittitur ad

locum vbi est studium, vt ibi habetur in conuentu sui ordinis, in quo, vel ex quo studiis, aut lectionibus vacer, non procedere dispositionem huius canonis, quia tunc immediate non datur licentia eundi ad studium, sed ad alium conuentum, licet finis missio- nis sit studium.

^{36.} Aduertit etiam Caietanus in illo textu sermonem esse de Praelato conuentuali, eiusque potestatem limitari ad dandam facultatem eundi ad studium in dicto sensu, scilicet vt in eo extra conuentum ordinis religiosus habitet. Limitatio autem est, vt non possit illam dare sine consilio conuentus, vel maioris partis eius. Circa quam limitationem Glos- sa ibi verbis. *Conuentus aduertit alibi concedi Praelato, vt solus det licentiam, & putat illud esse singulare. id dicans hoc esse ordinarium. Alioqui cur in hoc speciali casu hoc grauamen Praelatus imponeretur? sed oppositum verius est vt Caietanus sentit cap. 61. & Nauarr. n. 133. Quia iure communi tota potestas est penes Abbatem, vt alibi (Deo dante) ostendemus. Hoc ergo est ius speciale. Ratio autem eius potest esse, vel quam reddit Caietan. quia ex hac honesta causa pronus est animus religiosorum ad exequendum extra claustra: vel quia dare licentiam ad habitudinem extra monasterium, praeferunt iuuenibus, vt solent esse studentes, est res grauia, multoq; consilio indigena.*

^{37.} Requiratur ne ad hanc licentiam, vel consilium tantum. Nauarrus concil. 13, indicat Primum, nam dicit esse necessariam licentiam ca- dandam con- sensu capi- tuli, et non sum. ^{Nauarr. Caietan.} Caietan. praeceps dicit esse necessarium consilium, & nihil aliud explicat: & eodem fere modo transiit Doctores reliqui. Et mihi videatur nihil esse addendum textu, quia res est onerosa, & exor- bitans à iure communi, & ideo non est amplianda. Iura autem cum volunt requirent consensum, illud exprimit, vt constat ex his quae Nauarrus tractat, & refert comment. 3 de Regularibus n. 4. & sequentib. ergo si hic etiam volueret, exprefisset. Dices in illa distinctione, *Cum consilio conuentus, vel maioris partis: indicari necessarium esse consensum saltet maioris partis. Respondeo, potius indicar non esse praeceps necessarium totum conuentum, ad consilium vocare, sed satis effevocare maiorem partem arbitrio Praelati. Hec autem intelliguntur ex vi iuris communis, nam in particulari seruanda sunt iura religionum, si plus requirant. Quin potius in religionibus, in quibus Praelatus conuentualis non habet hanc potestatem, nec cum consensu capituli posse est dare hanc facultatem: quia hoc ius non intendit illis dare potestatem, sed illa supposita, ponit modum in visu illius. Vbi ergo hoc fuerit reseruatur. Sed qui sit in his religionibus Praelatus conuentualis licet iuxta suum institutum legitime non possit de facto det hanc facultatem cum consilio capitulo. Respondeatur, est id non sufficiat iuxta religiosum ordinem, vt accessus ad studium legitime fiat, videatur sufficere ad vitandam hanc censuram, quia & seruatur forma huius iuris, & saltet sufficit, vt non possit illa dici temeraria violatio huius canonis.*

^{38.} *Abbas sentiat ad studium finis capitulo praecepito, incurrit hanc censuram. Et omnes fere licentia, an communiter negant incurrit. Antoninus 3. p. c. 24. incurrit n. 13. Angelus Excommunicatio 7. casu 27. Nauarr. c. 27. hanc censuram n. 133. qui plures Canonistas refert. Oppositum ta-*

men tenet Sylvest. dict. n. 55. quia etiā Abbas habet superiorem, & ideo comprehenditur sub illo verb. nisi à suo Praelato, nam & ipse religiosus est. Addit etiam, esse parentem, vel maiorem rationem. Sed nihilominus textus videtur loqui de religiosis subditis habentibus proximum, & immediatum Praelatum localem, vt sic dicam, vt tecē colligitur communis opinio ex illis verbis, *Nisi à suo Praelato cum consilio sui conuentus. Vnde leet fortasse Praelatus alterius eo peccet: non tamen contra huc canonem, & ideo nec illius censuram incurrit. Addo etiam similem easum a deo esse extraordinarium & rarum, vt non oportuerit speciali legi comprehendendi: vnde nec rem moralē admodum necessarius est.*

^{B.} Tertio extenditur in eo cap. hē censura ad magistros, seu Doctores Legum, vel Medicinam, qui primum in suis scholis retinere religiosos, qui habent dimissi hō scientias vacante. Circa quam partem sunt ponderandæ singulae circumstantiae, quae requiruntur, vt illa censura incurritur. Prima est, quod religiosus habitus suo dimisso studiis vacet. Vnde si habitus retinere non incurrit. Magister hanc censuram, si et discipulus alias peccet, & excommuni. sit. ^{39.} *Alia circumstantia est, quod religiosi student scientias illis prohibitis, scilicet Legibus, & Medicinam, itaque, si audiat alias scientias, non habet locum hē censura. Tertia est, quod sc̄iēter magister delinquit, nam si ex ignorantia facti, vel iuris id faciat, etiam non omnino inculpabilis sit, non incurrit, nam ultra particulam sc̄iēter, additur verbum prae sumptu, quod maiorem contumaciam requirit. Persona autem incurrens dicitur esse Magister, vel Doctor. De quibus vocibus dubitari potest, an illi nominatio gradus, vel officii docendi, verumque enim significare solent. Videntur sāc̄e hic indiferentes accipi, itaque sit tantum docens, sive etiam Doctor Academiae, incurrit, si aliquam actionem hic prohibitam exercet. Et fortasse nomen Doctoris propter gradum positum est. Magistri vero propter officium docendi: nam iurisperiti, aut Medicinam solent ratione gradus Magistri appellari.*

Duplex vero actio sub distinctione ponitur, tanquam proxima causa huius censuræ, *docere vel retinere. Vnde colligitur, si sc̄iēter doceat, quamvis non retineat, id est quamvis nihil posse cooperetur quasi ad tuendum, vel defendendum huiusmodi religiosum, vt in suis scholis permaneat, incurrit hanc censuram. Sed interrogari potest, quid facere ^{40.} *Dubium tenetur huiusmodi Doctor, si dum publice docet, sc̄iēt adesse huiusmodi religiosum inter alios. Respondetur ex communī sententiā, illum posse, & debere per vim expelli, quia secundum ius non potest permiti ibi adesse. ergo si plumerius praeberat facultatem illum expellendi per vim: Opinor tamen neque magistrum si aliunde iurisdictionem non habet neque aliam personam priuatam, posse sua auctoritate hanc vim inferre, quia non est superior: quamquam enim per modum defensionis possit fine effusione sanguinis, vel magno scandalo: aut coactione, procurare vt exeat: quando tamen hoc non satis fuerit, ad Superiorē scholarū pertinet vitam inferre efficacem, omnino compellend, vt exeat. Quod si Doctor suam diligentiam adhibuit, non arbitrio teneri ad relinquentum suum munus, ne alter audiat, quia iam tunc non propriè dicetur sc̄iēter eum docere: sed docere alios, illum tolerare, vel permittere. Itē, quia dum lex illa requirit, vt sc̄iēter id faciat, à fortiori postulat vt faciat voluntarij, nam scientiam non requirit nisi propter perfectionem voluntarij.**

*Rufus ex alio membro sequitur, si aliquis Doctor præsumat huiusmodi religiosum in suis scholis ^{41.} *legem in retinere, quamvis illum non doceat Medicinam, sc̄iēt aut leges, incurrit hanc censuram, quia textus sub ^{42.} *distinctione***

disunctione loquitur: ergo quilibet illarum actio-
num sufficit: & ita omnes intelligent.

Sed interrogabis, quid sit retinere? Respondeo, in rigore significare concursum aliquem positum, vel influxum, sive sic cogando, sive consulendo, sive defendendo sua auctoritate & favore, vel multo magis aliqua violentia. Per solam autem negationem expellendi; non dicetur quis retinere, nisi fortasse ex officio ad hoc tenetur, & propter eius negligenciam tali apostata ibi detineatur. Quod potius ad Rectores, quam ad Doctores spectat: si vero Rector ipsi non sit Doctor, non existimo ingredi docere hanc censuram, quia textus solus de Docto-
ritate, & Magistris loquitur. Tadem inquiri potest, quam censuram incurrant huiusmodi Doctores, & Magistri, si huiusmodi actiones faciant circa religiosum, qui non dimisit habitum. Respondeo in primis certum esse non incurrere hanc, quia deest prima conditio in textu posita, ut bene docent Ca-
ietanus, & Nauarrus contra Sylvestrum, & alios. Addit vero & Nauarrus, eos incurrere excommunicacionem, cap. *Nuper*, participando in criminis criminoso: quod ad summum procedit supposita ex-
communicatione religiosorum, alii capitibus supra
tatis, & denunciatione, de quo supra dictum est.

Decimaquinta excommunicatione sumitur ex ca.
2. de Hereticis, in 6. vbi excommunicantur, quia se-
enter presumunt corpora hereticorum, credentium, re-
ceptatorum, & defensorum eorum ecclesiasticis tradere/pe-
naltutis. De qua censura videri possunt dicta circa prima-
m Bulla Cœna, vbi hostem, Credentes, re-
ceptatores, &c. in particulari declarauimus. Ex-
fesso vero hunc textum, & materiam eius tractauimus
disputat. 12. de excommunicatione, sect. vlti-
ma, & infra disputat. vltima de suspensione sect.
2. attingemus alias poenam, quas in similibus casibus
clericorum excommunicatorum, vel usurpariorum cor-
pora sepelientes incurront.

*Excommunicatione contra Rectores, aut dominos
temporales impedites promotionem
officii Inquisitionis.*

43. **D**ecima sexta excommunicatione sumitur ex cap.
6. vbi Inquisitio, de Hereticis in 6. in quo aliquae
leges feruntur ad promouendam Inquisitorum of-
ficium pertinentes. Prima est, ut domini, & Guber-
natores temporales quorumcumque locorum In-
quisitoribus parcent, & ab eis requiri ad hereticorum,
credentium, fautorum, receptatorum, & de-
fensorum eorum capturam diligenter intendant.
Secunda, ut idem domini temporales, & Rectores
& officiales eorum statim, & sine mora, omnique
appellatione postposita condigne puniat huiusmo-
di hereticos per Inquisitores condemnatos de ha-
resi, ipsorumque iurisdictioni commisso. Tertio
prohibet eosdem dominos, & iudices temporales
corumque officiales, ne de hoc crimen hæresis con-
gnosecere, aut indicare audeant, nec carcere deten-
tos liberare sine Inquisitoris licentia. Quarto man-
dat, ne executionem sibi a Diœcesano, vel Inquisi-
toribus iniunquam facere prompte, seu adimplere
detrectent, prout ad suum spectat officium. Quin-
to eisdem praescribitur, ne Diœcesanorum, aut Inqui-
sitorum iudicium, sententiam, seu processum dire-
cte, vel indirecte impidere presumant. Et deinde
subiungitur: Si quis autem de praedictis potestibus, vel
domino temporaliibus, Rectoribus, vel eorum officialibus,
seu Balliis, contra prædicta fecerit, aut præfato fidei nega-
tio prefatis Diœcesano, Episcopo, vel Inquisitoribus incum-
bent se opponere forte presumperit, excommunicationis se-
nouerit mucrone percutsum.

44. Ad cuius expositionem solum oportet, ut singu-

A **l**e particulae attente ponderentur, scilicet verbum *Sylvestri di-
pliciter; direkte vel indirecte, & similes*, quæ in a-
liis casibus sapienter explicatae sunt. Vnum vero, *impro-
batur*, quod Sylvestris adiungit *Excommunicatione*, 9. casu 28.
numer. 58. mihi non placet, videlicet si temporalis
potestas, aut Rector se opponat Inquisitori, vel Diœ-
cesano hoc munus Fidei exercentibus, eosque im-
pediat in progressu sui muneris, non souendo ha-
resim, aut persequendo Fidem, sed ob inimicitias, &
odium talis persona Inquisitoris, vel Episcopi, non
incurrere hanc censuram. Falsum enim hoc est,
quia lex illa non communicat facientes illa, hac,
vel illa intentione, sed simpliciter facientes. Item,
quia licet aliquis impedit hunc progressum ex a-
more aliquius persona, vel ob lucrum, & non in od-
ium Fidei, nihilominus incurriter: ergo similiter.
Item, quia textus dicit, *direkte, vel indirecte*; item di-
citur, *aliquatenus impidere*: ille autem vere impedit ali-
quo modo; ut supponimus: ergo quod non faciat
tam pervera intentione, non excusat à censura.
Tandem in his omnibus, in quibus potestates tem-
porales praecipiunt fauere iussumi Inquisitorum,
& Diœcesanorum, intelligendum est quando Epis-
copus & Inquisitor inter se non discordant, nam si
contraria praeciperent, supercedendum esset, ut Ca-
ietanus, Nauarrus, & omnes docent, nisi vbi iam ex
declaratione Pontificis constaret, primum, & ordi-
narium progressum in his causis ad munera Inqui-
sitorum pertinere. Diœcesanum vero solum habere
posse suffragium suum in talibus Consilio; tunc enim
iudicio tribunalis standum est, eiusque mandato
pendendum.

Postea vero additur in eodem textu excommuni-
catione contra omnes, qui scienter dederint auxili-
um, consilium, vel fauorem in praedictis. Que ge-
neraliter comprehendit omnes personas aliquid ex
illis tribus facientes: quæ tria sepe in superioribus
declarata sunt. Actandum de omnibus additur,
quod quicumque in hac excommunicatione per
annum curauerit, animo obstinato, tanquam ha-
reticus condemnetur. Quam rem supra in generali
doctrina explicata relinquimus. Quamobrem
solum superest aduentum, quod Caetanus be-
ne notauit, quamvis hac censura ex vi huius textus
reservata non sit, caudendum tamen esse his omni-
bus personis, ne dum officio Inquisitorum resi-
stunt, hereticorum fautores sint: nam tunc, iam in-
cident in Bullam Cœna Domini, & eo titulo in ex-
communicationem reseruatum. Quando autem
huiusmodi resistentia, vel inobedientia sufficiat, ut
quis dicatur heresi fauere, ex circumstantiis, effe-
ctibus, ac modo operandi colligi poterit, & in ordi-
nione ad forum conscientia, multum pender ex inten-
tione operantis.

*Excommunicatione contra mandantem ali-
quem interfici per Assassinos.*

45. **D**ecima septima excommunicatione sumitur ex
cap. 1. de Homicidio, in 6. Vbi excom-
municantur omnes, qui aliquem Christianum
per Assassinos interfici mandauerit, sive sequa-
tur mors, sive non sequatur, præter alias poenam,
qua contra eosdem ibi imponuntur. Deinde ve-
ro additur extensio per hæc verba: *Aus eos rece-
ptaverit, seu defendens, vel occidaverit.* Et circa
priorum partem primo oportet intelligere quid
Assassinorum nomine significetur. Nam vulgo,
præsertim in Italia dici solent Assassini, publici la-
trones viarum, qui ad deprædandos homines, il-
los interficiunt, vel proprius illi, qui ob pecuniam
acceptam officium assumunt interficiendi aliquem:
atque de his videtur loqui hic textus in superficie
sumptus. Non tamen in hoc sensu hic sumitur illa
vox: sed ut est nomen proprium cuiusdam natio-

LI 4 nis, &

*Capit. de
homicidio in
6.*

*Assassinis
qui sint.*

Volater,

Nauarr.
Couarr.

nis, & gentis infidelis, qui usum habent assumendi
hoc officium interficiendi alios ex praepeto sui do-
mini: quales esse quosdam Syria homines, refert
Volaterranus libr. 11. Historia, cap. de Sectis Syriae,
& plura de his congerit Couarruias libr. 2. Varia-
rum, cap. 20. numer. 9. & 10. vbi hunc textum ex-
ponit: & plures auctores refert ita hunc textum in-
terprentes: quos etiam sequitur Nauarrus numer.
136. & colligit Couarruias ex illis verbis. Cum non
nulli magnates taliter peritier formidant, & adi fuerint
securitatem ab eorumdem aff. & in orbe domino impera-
tore, sive ab eo non absque Christiane dignitatis oppro-
brio redirem quodammodo vitam suam. Significatur
enim his verbis hos esse infideles, habereque tem-
peralem dominum, sub quo huic muneri incum-
bunt. Optima etiam coniectura est, quod haec ex-
communicatio non fertur in ipsis mandatariis,
seu assasinis, sed tantum in mandantibus, quia, cum
illi sint infideles, non sunt capaces talis posse: alio-
qui non minus ipsi, quam mandantes excommuni-
cari fuissent. Ideoque excommunicatio haec fertur,
non solum propter homicidium, sed etiam propter
solum mandatum, quia tale mandatum atrocissi-
mum reputatur, & cedere in magnam infamiam
Christiani nominis: imo quando mandans est per-
sona ecclesiastica: tot peccata ibi contra illam accu-
mulantur, ut credibile non sit propter solum deli-
ctum mandandi occidere alium per quoscumque
homines pecunia conductos illas ferrari: nam ipso fa-
cto incurrit sententiam depositionis a dignitate,
honore, ordine, officio, & beneficio, & tanquam
Christianae religionis exodus a toto Christiano po-
pulo perpetuo disfuditus esse dicitur. Ex quo colli-
git Couarruias huiusmodi mandantem, si sacer-
dos sit, ipso facto amittere priuilegium clericale:
non opinor amittere tale priuilegium, usque ad de-
gradationem realem. De qua re infra in suis locis
dicimus.

47.
Centra lo-
cantes do-
mum vnu-
rariis.

Decima octaua sumitur ex capit. 1. de Usuris in 6.
Vbi prohibetur, ne usurariis alienigenis quicquam
locerit domum, vel sub alio titulo quo cumque con-
cedat. Et contraria facientes, si sint persona eccl-
esiastica Episcopis inferiores, excommunicantur:
laici enim non excommunicantur ibi ipso facto, sed
per censuras ecclesiasticas a suis superioribus com-
pellendi dicuntur. Episcopi autem, & superiores
suspenduntur; propter quod textum hunc, in ma-
teriam de suspensione declarandum relinquimus.

Excommunicatio contra concedentes repre-
falias ad usurpandas personas eccle-
siasticas.

48.
Ce vnic de
Iniur. in 6.Repræfalias
qua finit.

Ecima nona sumitur ex capit. vnioco. de Iniur.
in 6. vbi prohibetur, ne contra personas
ecclesiasticas, pignorationes, vel repræfalias con-
cedantur. Et subditur: illi autem qui contra fecerint,
nisi præsumptionem huiusmodi reuocauerint intra mem-
sem, si persona seculares fuerint, sententiam excommunicati-
onis incurrit: (nam contra vniueritatem inter-
dictum fertur) de quo suo loco. Ut autem hoc in-
telligatur, est aduentum, repræfalias dici potest,
statim alicui concessam, ut pro re ab alio concepta,
vel pro damno sibi illato possit auctoritate sua, im-
pune & quicquam accipere ab alia tercia persona,
qua in hoc pro altera grauatur, etiam illi vim infe-
rendo, seu quasi priuatum bellum, si necesse sit. Quæ
concessio interdum potest esse iusta si ab habente
potestatem ex legitima causa, & legitime cognita,
ac iudicata sit: tunc etiam usus eius iustus erit, si
debito modo, atque intentione sit. In praedicto ergo
textu prohibetur sub excommunicatione, ne
huiusmodi repræfalias contra ecclesiasticas personas
conferantur. Et quoad hanc partem cessat quæstio,

A an intelligendum hoc sit etiam de repræfalias iustis:
quia eo ipso quod conferantur contra personas ec-
clesiasticas, iniusta erunt, cum fiant & contra ius, &
a non habente potestatem. Dices, ergo, si detur ali-
cui facultas accipendi a clero debito bona ex-
equivalenta suo debito, incurreret haec censura. *Salutem.*
Respondeatur negando consequentiam; illa enim
non sunt repræfalias, ad quas necessarium est vivi-
nus pro alio grauatur, propter aliquem modum pignora-
tionis, ut in eodem textu dicitur, & Glossa ibi
notat, & alii etiam Summiste: quod autem aliquis
pro suo debito grauatur, per se non est iustum, ha-
bile circumstantie debita seruentur: & ideo illa non
est materia huius censurae.

Deinde prohibetur executio talis concessionis
circa personas ecclesiasticas, seu bona eorum, etiam
per extensio, ut in textu dicitur. Et sensus est,
quod, licet repræfalias concedantur contra ciuita-
tem, verbi gratia, in qua sunt personæ ecclesiasticae,
non debent executioni mandari circa tales perso-
nas, vel bona eorum, quia illa est extensio prohibita
in textu. Proper quod dicit ibi Glossa, concessionem
prohiberi superioribus, extensionem inferio-
ribus. Et procedit prohibito etiam aliis repræ-
falias sunt iusta respectuorum, quia textus genera-
liter loquitur, ut adiurit Nauarrus 136. *Nauarr.*

Tandem fertur excommunicatione non simpliciter,
sed sub illa conditione. *Nisi infra unum, &c.* *Excep-*
tionem *huiusmodi* *in unum* *intra illam* *mensam ad executionem concessionis* *non procedatur.* *Sed non est cur penalem legem*
extendamus præter verborum proprietatem. Sim-
plieiter ergo tempus illud necessarium est, ut in-
curatur censura; cum proportione tamen appli-
candum. Nam post concessionem datur illud tem-
pus ut reuocetur, & nisi ita fiat, incurratur excom-
municatione: ergo licet intra illud tempus ad execu-
tionem procedatur, nondum est consummata con-
tumacia contra hanc legem, ut censura incurrit. *Nec satis est, quod talis executio sit contra hanc huic*
legi, aut quod ex illa possint sequi in commoda per-
sonis ecclesiasticis: quia lex noluit haec omnia per
censuram ipso iure latam cohíbere, nisi cum illa
temporis amplitudine. Post executionem vero in-
choatam datur illud tempus vnius mensis, non tan-
tum ad censandum, sed etiam ad restituendum, seu
satisfaciendum damnum illorum; quia præsumptio
executionis non reuocatur per solam cessionem
absque reparacione damni illati. Et ideo computa-
tiō huius mensis in illis duabus actionibus ab illa-
rum initio respectu facienda est. Nam superior,
ab eo die quo talis licentiam concessit, debet com-
putare mensem, ut infra illud reuocare teneatur;
& nisi intra hoc tempus id faciat, censura incurrit,
etiam si executio inchoata non sit: inferior vero
computare debet ab eo die, quo executionem in-
choavit, si concessio multo, si brevi tempore
præcessit. Ipse enim non incurrit censuram pro-
pter elapsum mensem à concessione, si executio fa-
cta non est, quia nondum ipse deliquit contra hanc
legem: neque etiam per ipsam executionem statim
incurrit, quia cum eadem proportione spatii men-
si illi conceditur, ut resipiscat. *Atque & &* *Excep-*
tionem *huiusmodi* *in unum* *intra illam* *mensam ad*
executionem concessionis *non procedatur.* *Sed haec sufficiens explicata est in*
censuris Bullæ, sub quibus iam
continetur. *(:)*

SECTIO